



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CDXII. Privilegium des Papstes Leo X. für die Universität zu Frankfurt, vom 18. April 1515.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CDXII. Privilegium des Papstes Leo X. für die Universität zu Frankfurt,
vom 18. April 1515.

Vniuersis et singulis vbiuis gentium agentibus Rector Magnificus et Doctores Gymnasii Francofortani, post debitam pro cuiusque conditione observantiam, salutem! Nec quenquam nescire volumus: Nos preter conservatorium, quo cuiuscunque conditionis homines, longo etiam intervallo a nobis semotos, tam in causis civilibus, quam injuriarum, ad nostre academie tribunal, instar aliorum gymnasiorum, protrahere possumus, vigilantia ac clementi interpellatione Illustrissimi Principis et Domini, Domini Joachimi, S. Rom. Imp. Archi-Camerarii et Principis Electoris, Marchionis Brandenburgensis, Pomeranie, Stetinensium, Cassubie, Sclavorum Ducis, Burggravi Nurnbergensis, Rugieque Principis, Domini nostri gratiosissimi a Papali culmine quoddam privilegium non vulgare obtinuisse, cuius simile in aliis Germanie gymnasiis, id quod nos sciamus vel rarius vel nusquam ostenditur. Omnes videlicet Ecclesiasticas personas et seculares et quorumvis ordinum regulares, etiam in presbyteratus ordine constitutas, ac quecunque beneficia Ecclesiastica etiam cum cura obtinentes, leges ac medicinam in nostra Francofordiana academia, publice, libere et impune audire posse et in illis quecunque scholastica exercitia obire et tandem in eisdem ad quorumvis graduum insignia promoveri. Cujus quidem privilegii verba in hunc sequuntur modum:

Leo Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Ex Apostolice benignitatis officio, quo fideles singulos paterna dilectione complectimur, voto personarum nobilium nobis et sedi Apostolice devotarum, que literarum studii ampliationem et personarum Ecclesiasticarum ornatum et decus concernere dinoscuntur ad exauditionis gratiam libenter admittimus et favore benevolo confovemus. Sane pro parte dilecti filii, nobilis viri Joachim, Marchionis Brandenburgensis, qui etiam Romani Imperii Princeps Elector existit, nobis nuper exhibita petitio continebat: Quod ipse Joachim, Marchio, pro communi vtilitate scholarium in diversis facultatibus proficere volentium summopere affectet, vt in quodam literarum studio generali per eum instituto et fundato in oppido Francofort, Lubucensis Diocesis, suo temporali dominio subiecto Doctores et alii ad legendum ibi pro tempore deputati leges et physicam publice docere et quevis persone Ecclesiastice, seculares et quorumvis ordinum regulares, etiam in presbyteratus ordine constitute curata beneficia Ecclesiastica obtinentes leges et physicam in studio huiusmodi audire et in illis quoscunque actus scholasticos exercere et si alias reperiantur idonei, ad Baccalauriatum, Doctoratum et Magisterii gradum ab eisdem Doctoribus promoveri licite possint. Quare pro parte ejusdem Joachimi, Marchionis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt Doctoribus et aliis, ad legendum in dicto studio pro tempore deputatis, etiam leges et physicam publice edocendi ac personis Ecclesiasticis et quorumvis ordinum regularibus, etiam in dicto presbyteratus ordine constitutis et cum cura beneficia Ecclesiastica pro tempore obtinentibus, leges et physicam huiusmodi ibi audiendi et in illis quoscunque actus scholasticos exercendi et Baccalauriatum, Doctoratum et Magisterii gradus a Doctoribus et lectoribus prefatis recipiendi licentiam concedere aliasque in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prefatum Joachim, Marchionem, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes,

hujusmodi supplicationibus inclinati, quibusvis Doctoribus et aliis ad legendum in dicto studio pro tempore deputatis etiam leges et physicam ibi publice docendi et quibusvis personis Ecclesiasticis, secularibus et quorumvis ordinum regularibus, etiam in presbyteratus ordine constitutis, ac quecunque beneficia Ecclesiastica cum cura seculari pro tempore obtinentibus, leges et physicam hujusmodi, in eodem studio audiendi et in illis quosvis actus scholasticos exercendi et si alias ad hoc reperti fuerint idonei, Baccalauriatus, Doctoratus et Magisterii gradus ab iisdem Doctoribus et lectoribus recipiendi: Felicis recordationis Honorii, Pape IV., predecessoris nostri, et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus: autoritate Apostolica, tenore presentium, de specialis dono gratie licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Rome, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quinto decimo, quarto decimo Kalend. Maji, Pontificatus nostri anno tertio.

Einige Reichsarchiv XIV, 487. Beckmanni Notit. XV.

CDXIII. Des Rathes zu Frankfurt Anordnungen für die Bäckerknechte, vom 25. August 1515.

Wir Burgermeister vnd Ratman, mit Namen al Bucholts etc. Irshynen synd die vorsichtigen vnser Borger des Gwerks der Becker sampt iren Gfellen vnd haben vns manchfeldige ire Gbrechn vnd Irthum, so sich etwan tzwischen jnen als Meister vnd Gefellen begeben vnd Irrung ghaltn etc. Haben wir jn dise hirnach geschribene Punkte vnd Artikel von wegen allen des Gwerks Meister vnd Gefellen bestetiget etc. Czum ersten, so eyn Meister des Gewerks seyn guet Weitzn ader Korn neben seynen Gefellen jn die Mole schicket, so sal derselbige Meister den Gefellen geben vir Pfund Fleisch, acht Quarter Bir vnd vor vir Pfennig Brot, dargegen sollen die Gefellen widervmb ires Meisters Gueter woll verwachen vnd getrewlich bewaren vnd auch selber die Gueter vormetzn, als Weitzn vnd Cleyen, dergestalt nemlich von vir Secken Weitzn zwelf Metz n vnd eyne gemeyne Mulde Cleyen, domit man das Mele aus den Secken nymet vnd nicht eyngedruckt die Mulden, darvon sal der Meister den Gefellen geben vor ir Lone tzwene merckisch groschen vnd eyn Maletzeit, wen sie aus der Molen komen. Dergleichn gburtn auch den Gefellen von iglichem Sack Mele tzwene Pfennig, von eynem Gebechfel Semel ader Brot tzwene Pfennig; so sie aber schewen vir Pfennig. Item von eyner hitzn Kringel vir Pfennig, so sie aber schewen, eyn groschen. So die Gefellen Feyrabent gemacht haben, so sollen die Gefellen jn dem Backhavse widervmb richtn, machn alles dasjenige, das sich behoret, als Holtz vnd Wasser eyntragen vnd was zu dem Backweg bhorig. Es sol auch keyn Gefelle, er Arbeit Stuckweg ader vmb Lone, tzu keyner Tzechn ader Collacion gheen, Wen der Meister notlich Arbeit hat, er sal dan vorhyn seynen Meister darvmb begrufen. Auch sollen die Meister des Gewerkes eynen vnser jn kiesen, dergleichn auch die Gfellen eynen; dieselbigen beide sollen die Gebrechn, so sich tzwischen